

Questio. I. An Liberum hominis arbitrium ad omnem operationem moraliter bonam eliciendam indigeat antecedenti Dei prædeterminatione qua physici & intrinseci ad illam prædeterminentur.

Q. 2. An ad realem entitatem actus intrinseci mali, physica etiam & intrinseca prædeterminatione voluntas nostra indigeat.

Q. 3. Vnde præter gratiam præuenientem, qua posita est in illuminatione, excitatione, & inspiratione, intellectus & voluntatis, alia præueniens gratia requiratur, Liberum hominis consensum antecedens, qua physica & intrinseca aliqua prædeterminatione indifferentiam voluntatis ad unam tantum partem omnino determinet.

Q. 4. An gratia præueniens a se sola sit efficax; eiusque efficacia posita sit in ea physica voluntatis ad unam partem prædeterminatione, cum qua humana voluntatis dissentus coniungi non possit, nec illi humana voluntas in sensu composito possit dissentire; An vero consistat in interiori & congrua Dei uocatione, & excitatione præsertim ex Sancti Augustini sententia.

Q. 5. An gratia sufficiens ut distincta ab efficaci præstet omnia necessaria ad actum conversionis; An vero præter illam aliquid aliud ex parte actus primi requiratur, quod Deus ab eterno ante omnem operationem præuisionem, omnibus qui non conuertuntur absoluta uoluntate denegauerit.

Q. 6. An Deus certa & infallibili scientia cognoscat omnia contingentia; non solum ea quæ futura sunt, sed etiam quæ futura essent, si aut illis positis conditionibus.



*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page]*

*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page]*

*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page]*

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

